

Letter 269: [End of 1525, Strasbourg], Capito to Gervasius Sopher

The manuscript of this letter is in AST 41, f. 409 (667).

Salve charissime frater. Me urgent creditores. Obsecro, des operam ut pecunia tandem  
conficiatur. Pignora mihi crede certissima sunt et in horas meliora reddentia. Deinde, si potes,  
decem aureos mihi iterum concede pro lignis ad hiemem comparandis. Postremo in animo habeo  
vocare dominum prepositum et eius optimam coniugem, una cum tua, ut inter nos aliquanto  
5 familiaris colloqueremur. Nam inter nos alere modis omnibus individuam amicitiam consilium  
et ratio est. Cum reliquis mihi non usque adeo convenit, qui minus mei ingenii referunt. Quare  
significes an uxor tua sit pristinae sanitati restituta. Nam eam demum expecto. Vicinum tuum de  
pecunia velim alloquereris, ut videret nostram diligentiam. Vereor ne me invitum ac residem  
putet.

10           Capito